Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



hiam non derelinquet Qadusq; iustitia iudi-
cetur iudicium: et qui iuxta illam omes q̃ recti sunt
corde Quis surget michi adversus malignantes:
aut quis stabit mecum adversus operantes ini-
quitatem Nisi quia dominus adiuvit me paulominus
habitasset in inferno anima mea Si dicebam motus est
pes meus misericordia tua domine adiuvabat me Secundum
multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificaverunt animam meam Numquid
adhuc tu sedes iniquitatis qui fingis laborem in p̃
cepto Captabant in animam iusti: et sanguinem in-
nocentem condempnabunt Et factus est michi dominus in
refugium: et deus meus in adiutorium spei mee
Et reddet illis iniquitatem ipsorum et in malitia
eorum disperdet eos: disperdet illos dominus deus noster
Venite exultemus domino: iubilemus deo salu-
tari nostro praeoccupemus faciem eius in confessione
et in psalmis iubilemus ei Quoniam deus magnus dominus et rex
magnus super omnes deos quia in manu eius sunt omnes fines terre
et altitudines montium ipsius sunt Quoniam ipsius est mare
et ipse fecit illud et siccam manus formaverunt
Venite adoremus et procidamus et ploremus ante dominum
qui fecit nos quia ipse est deus noster Et nos populus
eius et oves manus eius hodie si vocem eius
audieritis nolite obdurare corda vestra sicut in
irritatione secundum diem tentationis in deserto Ubi
tentaverunt me patres vestri probaverunt et viderunt
opera mea Quadraginta annis offensus fui
generationi illi et dixi semper hi errant corde et
ipsi cognoverunt vias meas ut iuravi in ira
mea non